

solationem in carnis suauitate qua in tribulatione con-
 stituunt: paulum audiant dicentem. Benedictus deus
 et pater domini nostri ihesu christi. pater misericordiarum et deus totius
 consolationis qui consolatur nos. in omni tribulatione nostra.
 Siue ergo ieiuniis maceremur. siue afficiamur uestigiis: si-
 ue laboribus atteramur: benedictus deus qui consolatur
 nos in omni tribulatione nostra. Et si lapidibus obruamur:
 et si uinculis astringamur: et si cedamur uirgis: et si car-
 ceris tolemus angustias: benedictus deus. q. c. n. i. o. t.
 nostra. fremat diabolus: seuiat mundus: insectetur odus.
 aggrediat maledictus. diripiat substantiam. commaculet
 famam. benedictus deus. q. c. n. in omni. t. nostra. Et possim
 inquit et ipsi consolari eos: qui in omni pressura sunt.
 Et hic non his qui in diuitiis et deliciis: sed his qui in
 omni pressura sunt suam consolationem permittit. Et
 nichil questionis relinquens: adiecit. Quoniam sicut abun-
 dant passiones christi in nobis: ita et per christum abundat
 consolatio nostra. Quid manifestius? Hoc est plane quod
 paulo ante diximus: duo scit hec coequari: exteriores
 passiones et interiores consolationes. Venique salomon
 quibus diuina consolatio sit infundenda: mysticis
 uerbis declarat dicens. Date siceram mentibus: et
 uinum his qui amaro animo sunt: bibant et obli-
 uiscantur egestatis sue: et doloris non recordentur
 amplius. Aptere his uerbis uinum illud quod letificat cor
 hominis non ocio dissolutis. non diem in chachinno
 et fabulis expendentibus: sed his qui amaro sunt animo

Siceram
 imo.